

## ARITHMETICA

*Obser-  
uandū.* sexcenta & septuaginta octo. Atque hīc obiter obseruandum, vti duæ figuræ proximæ à virgula simul pronuntiantur, vt loquendi usus exigit. Ex his deinceps haud difficile fuerit propositum aliquem numerum suis characteribus annotare, habita scilicet ratione, tum figurarum tum locorum.

## NUMERI IN SPECIES DIVISIO, QVARVM NOTICIA AD SEQUENTIUM USUM NON PARUM FACIT.

*Nume-  
rus.*

*Nume-  
ri diui-  
sio.*



V M E R V M A V T E M V O-  
cant multitudinem ex unitatibus conflatam. Itaque  
unitas ipsa numerus non  
erit, sed numerorum om-  
nium principium. Quemadmodum e-  
nī ex fluxu puncti in longum linea  
describitur, ita ex unitatibus accumula-  
tis numerus efficitur. Dividitur autem  
in